Quelle:
Copyright:

Per ordinarios diligens fiat processus et execu-
tio contra quoslibet transgressores.

Item praefata Synodus injungit stric-
tam observantiam statuti provincialis situ-
ati sub Rubrica de Simonia Archidiaconis,
Officialibus et Decanis praefatae civitatis,
et Dioecesis, et disponit, ut Locorum ordinarii
et ipsorum Officiales aut (p) poenarum inflic-
tionem et executionem procederent juxta
dictorum Statutorum continentiam et te-
norem.

(p) ad.

Mandat insuper Synodus antedicta
omnibus, et singulis Ecclesiarum parochialium
Rectoribus praefatae civitatis, et Dioecesis, ut
singuli in suis Ecclesiis provinciale Statutum
de Haereticis nuper salubriter editum in lin-
gua materna exponant singulis diebus Domi-
nicis et festivis cum poenis, et capitulis
ibidem contentis suis plebibus utriusque status,
ut et ipsi illud inviolabiliter observent, et
a suis plebibus ita faciant observari.

Statutum etiam provinciale de pileo
Judaeorum comuto in publico deferendo ace-
quendum cum suis poenis committit eadem Sy-
nodus in territoriis et dominiis Domini Episc-
opi Patavienses Domino in spiritualibus
Vicario generali, et strenuo militi Domino
Andrea Herlpperger Vice Domino; pro foemi-
nis autem ebraicae gentis ordinat, et disponit
eadem Synodus, ut teneantur deferre capil-
lum latum de straminibus, cum se in pub-
licum exibant, sine ornatu et superfluui-
tate nodorum de argento, auro et serico,
eadem Synodus executionem praefatam
committit Dominis exercendam in territoriis
antedictis.

Supplicat denique et hortatur omnes
et singulos principes, comites, Vicecomites, Baro-
nes, et alios potestates seculares, quatenus ad
praefati statuti executionem, et poenarum